Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quam gallus canet ter
me negabis. Egressus
foras fleuit amare. Ma
ne autem facto; consilium
inierunt principes sacer
dotum et seniores ploi ad
uersus ihm ut eum morti
traderent. Et vinctum
adduxerunt eum et tra
diderunt pontio pylato
presidi. Tunc videns iu=
das qui eum tradidit
quod damnatus esset
penitencia ductus retu
lit triginta argenteos
principibus sacerdotum et
seniorib⁹ dicens. Peccaui
tradens sanguinem iustum
At illi dixerunt. Quid ad
nos? tu uideris. Et pro
iectis argenteis in templo
recessit. Et abiens laqueo
se suspendit. Principes
autem sacerdotum ac
cepta argentea dixerunt
Non licet eos mittere
in corbanan. quia pretium
sanguinis est. Consilio
autem inito emerunt ex
illis agrum figuli in se
pulturam peregrinorum.
Propter hoc vocatus est
ager ille lingua eorum
acheldemach. Hoc est
ager sanguinis. usque in
hodiernum diem. Tunc
impletum est quod dictum
est per heremiam prophetam